

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 78. Seclusâ particulari consuetudine, vel privilegio, regulariter
celebrare non licet ante auroram, nec post meridiem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

199

festo Sacrum audire. Et quartum, dum Episcopus, vel aliquis generis illustris supervenienti, Sacrum audire desiderat. Et quintum, dum repente post dictam Missam corpus defuncti occurrit sepelendum. Sed tres hosce casus, utpote moribus nostris, hodiernaque confuetudini repugnantes, merito resellit Valsquez disp. 232.

C A P U T LXXXVIII.

Seclusa particulari consuetudine, vel privilegio, regulariter celebrare non licet ante auroram, nec post meridiem.

944 **I**Ta S. Thomas q. 83. a. 2. D. Antoninus, Gabriele, Sylvester & Doctores communiter. Quia id non permittit Ecclesia confuetudo, nec rubrica Missalis, utpote quæ §. 15. n. 1. dicit, quâcumque hora post auroram, & ante meridiem, posse Missam privatam dici. Ubi per auroram communis Doctorum sensus intelligit primum dici crepusculum, seu prima vespereum adventantis dici: neque aurora hic accipienda est mathematiæ, sed moraliter, ita ut parum ante auroram pro nibilo reputetur. Unde Suarez disp. 80. secunda 6. Dicatillo disp. 4. dub. 4. n. 55. nullum scrupulum movendum autem, si quis Sacrum finiat duabus horis ante ortu solis. Verum quod simili attendenda est eujusque regionis consuetudo. Qua in Belgio, alijque partibus Septentrionalibus (in quibus dies hyemales brevissimi sunt) permittit, etiam fœclaribus, hymne celebrare multis horis ante ortum solis. Necen tr. 4. dub. 14. Conincq. q. 83. a. 2. dub. 4.

Regulæ etiam ex variis privilegiis ante Tridentinum celebrare poterant ante auroram, imò duabus horis post medianu noctem. Sed hæc revocata videntur per Tridentinum seß. 22. & per Pium V. in Bulla quam refert Naldus verbo *Missa n. 30.* Unde S. Congregatio apud nostrum Lezanum 10. i. c. 21. n. 2. sic habet: *Ante diem, & horas indebitis, celebrare non licet, etiam vi- gore privilegiorum ante Tridentinum concessorum.*

945 Diana quidem p. 10. tr. 12. refol. 25. & apud ipsum Cardinalis de Lugo, Caspensis, Dicatillus, Leander, & alii dicta privilegia negant revocata per Tridentinum, ac per consequens per Pium V. quia Tridentinum solum revocavit privilegia celebrandi horis indebitis, quales non sunt horas per privilegia Apostolica concessa. Sed contra est, quod eo ipso revocet privilegia celebrandi hora jure communis non permitta, quo revocat' privilegia à Sede Apostolica concessa. Neque enim per horam indebitam Tridentinum intelligit horam à Sede Apostolica per privilegia non concessam: cum privilegia id concedentis revocet. Et alias frustrane effet illa privilegiorum revocatio, ut bene vidit laudata S. Congregatio. Gregorius tamen XIII. anno 1678. adeoque post Tridentinum, & Pium V. Presbyteris Societatis (aliorumque consequenter Ordinum communicantium) Bulla *quanta 22.* apud Rodericum concessit privilegium celebrandi unâ horâ ante auroram, & infra horam post meridiem, *itineris, vel alterius legitiimi impedimenti causâ.* Et istud privilegium non est revocatum.

947 Quod Missas post meridiem, cùm etiam meridies moraliter consideranda sit, angri non debet, qui paulo post meridiem celebrat. Quia parum pro nibilo reputatur. Imò in festis, & exequi solemnioribus, sicut Belgii nostri confuetudo permittit. Sacrum solemne prorogari ferè usque ad primam, similiter permittit Missas privatas inchoari post duodecimam, quamdiu durat solemne Sacrum. Necen ibid,

Ante Missam parochiale, cùque durante, Re- 945 gulares in Ecclesiis suis celebrare posse, Pius V. & S. Congregatio declararunt, ut alibi demonstramus.

Ante lectum Matutinum & Laudes Missam ce- 949 lebrare, causâ legitimâ non excusante, non licet, ut meritè docent S. Raymundus, S. Antoninus, Sylvester, Navarrus, Bellarminus, Azorius, Gavantus, Binsfeldius, Reginaldus, Bafaeus, Tan- nerus, & (ipso teste) Doctores communiter. Quia licet inter Matutinum & Missam nulla sit conne- xio ex natura rei; feci ex iure positivo, seu Ec- cleisia confuetudine, vim legis habente, ut constat ex cap. in his dist. 11. Neque audiendi sunt nonnulli novarentures in contrarium.

1º. quia Innocentius IV. in responso ad ar- 950 ticulos quoddam, inter Archiepiscopum Nicofensem, Suffraganeosque Latinos ipsius, & Episcopos Graecos Regni Cyperi controvergos (quos ad Se- dem Apostolicam retulerat Otto Cardinalis, Episcopus Tusculanus) epist. 10. ad eundem Car- dinalem sicut pronuntiavit: *Sacerdotes antem dicant Horas Canonicas more suo; sed Missam celebrare, priusquam Officium matutinale compleverint, non praesumant.*

2º. Julius III. Bulla *sacrae* in Litteris Aposto- 951 licis Societatis pag. 75. sic habet: *Facultatem an- tependendi, & postponendi Officium divinum, alias vobis concessum, ad hoc ut tu, & pro tempore existentes Religiosi Societatis, ex legitimis & ju- stis causis (in quo tuam & successorum tuorum... conscientiam oneramus) Officium ipsum celebra- ni Missa liberè, & abique conscientis scrupulo po- ponere possitis, auctoritate & tenore predictis ex- tendimus & ampliamus.* Igitur aperte infinitat, si- ne legitime causa non licere Matutinum Missa postponere: cùm conscientiam ipsorum onerer, si id faciant alter quâm ex legitimis ac justis causis.

3º. in Missali, tam Romano, quam Carmelite- 952 tanio nostro, inter defectus Missa §. de defectibus in ministerio ponitur, quod celebrans saltem *Ma- turinum cum Laudibus non dixerit*, &c. Defectus autem in ministerio ibi intelliguntur defectus in eo positi, quod aliquid ex requisitis ad illud defit, prout explicatur ibidein.

4º. Præmissis accedit generalis Ecclesiæ con- 953 suetudo, cui testantur Jacobus Bajus Institut. Relig. Christi. l. 4. c. 13. & noster Franciscus a Jefu Maria tr. 5. c. 4. n. 47. Accedunt & isti confuetudini concordantia Statuta Synodalia plurium Ecclieiarum, Nemausensis anni circiter 1284. tit. de celebrat. Missar. Lingonensis anni 1404. Senone- sis anni 1324. Parisiensis 1557. Sifridi Archiepisco- pi Coloniensis, Odonis Episcopi Parisiensis, &c.

Quia tamen ordinis inversio inter horas ipsas 954

(ut dum hora parva leguntur ante Matutinum), in privata horarum recitatione, communis Docto- rum iudicio non censetur nisi peccatum veniale, de inversione ordinis inter Matutinum & Missam idem sentiunt Sylvester, Toletus, Bellarminus, Suarez, & alii communis. Barbo tamen de posse Epis. p. 2. quindecim profert Doctores, atque inter eos S. Raymundum, & S. Antoninum 3. p. tit. 13. cap. 6. qui censent esse mortale. Gavantus quoque affirmit Innocentium IV. & Pium V. hunc defectum cenire gravem.

C A P U T LXXXIX.

Regulariter, & secluso privilegio, celebrare non licet nisi in Ecclesia consecrata, vel saliente benedicta, vel in Oratori ad Deiculum de- dicato, per Episcopum designando, & ab ip- so visitando.

948 **I**Ta statuit in Tridentino seß. 22. cap. de evi- tandis in celebr. Miss. ubi in reverentiam &